ORIGENES
12. Jh. Seite 63r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fuit ante currus pharaonis. ⁊ nunc sequitur me in
equis albis purificatus per lauacrum aque. simile te
arbitror proxima mea. Beate ergo sunt ille anime
que dorsum suum curuauerunt ut suscipiant super
se sessorem uerbum dei. ⁊ frena eius patiantur. ut quocumque
ipse uoluerit flectat eos ⁊ agat habenis preceptorum
suorum. qui iam non sua uoluntate incedunt. s; ad
omnia ducuntur ⁊ reducuntur uoluntate sessoris. Et for
tasse uidebitur secundum hoc quod ex multis animabus con
gregata est ecclesia ⁊ exemplum uite accepit a christo. quod
non iam ab ipsa deitate uerbi dei acceperit que utique
super eminet eos actus uel effectus qui ad exemplum dari
hominibus debeant. sed illa anima que assumpta
est ab eo. in qua sit summa perfectio. ipsa sit ad ex
emplum posita et ipsi dicit. Hec est proxima mea. cuius
similitudinem habere debet etiam ecclesia. que ex mul
tis congregatur animabus illis scilicet. que prius fuerant
sub iu[illegible]go ⁊ curribus pharaonis. ⁊ equitatus domini
appella[illegible]bantur. Que autem eduabus exposito conue
nire ma[illegible]gis proposito uersiculo uideatur. proba
bis etiam tu qui legis. Quam speciose sunt facte
gene tue sicut turturis. ceruix tua sicut redimicula.
Ordo dramatis huius mundi uidetur habere consequentiam.
quod postea quam austeriore usus est comminatione